Esther 12

lingua uertitur in sortem. Et postea esther ingressa
est ad regem obsecrans ut conatus eius litteris regis irriti
fierent & malum quod contra iudeos cogitauerat reuer
teretur in caput eius. Denique & ipsum & filios eius affixerunt
cruci. Atque ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim
id est sortium eo quod phur id est sors in urnam missa
fuerit. Et cuncta que gesta sunt epistula id est
libri huius uolumine continentur queque sustinuerunt
& que deinceps inmutata sunt susceperunt iudei super se
& semen suum super cunctos qui religioni eorum uoluerunt copulari.
Ut nulli liceat duos hos dies absque sollemnitate transigere
quam scriptura testatur & certa expetunt tempore annis
sibi iugiter succedentibus. Isti sunt dies quos nulla umquam
delebit obliuio. & per singulas generationes cuncte in to
to orbe prouincie celebrabunt. Nec est ulla ciuitas
in qua dies phurim id est sortium non obseruantur a iudeis
& ab eorum progenie que his cerimoniis obligata est.
Scripserunt que hester regina filia abiahel & mardocheus
iudeus etiam secundam epistulam ut omni studio dies ista
sollemnis sanciretur in posterum. Et miserunt ad omnes
iudeos qui in c. xx. vii. regis [illegible] asueri prouinciis uer
sabantur ut haberent pacem & susciperent ueritatem
obseruantes dies sortium et suo tempore cum gaudio
celebrarent. sic constituerant mardocheus & esther
& illi obseruanda susceperant a se & a semine suo ieiunia